

Heinrich I. von Lichtenstein als Zeuge (1254).*)

Heinricus abbas Sancte Crucis omnibus presens scriptum inspecturis inperpetuum. Quoniam facta hominum plerumque solent dubietatis scrupulo et obliuionis morbo infirmari processu temporis et mutari. generationi presenti innotescimus et uenture. quod cum Vlricus de Gadem dictus asinus antecessori nro abbati pilgrimo predium suum in Grub cum silua attinente uendidisset pro .XV. talentis et pro dampnis nre ecclesie illatis, que ad XXX.^{ta} talenta fuerant estimata. fratres dicti Vlrici prefate emptioni assentire usque ad nra tempora renuebant (sic). Tandem ad instantiam predicti Vlrici memorati fratres eius. Vlricus. Hadmarus et Chunradus et ad nostram petitionem antedictae emptioni uoluntarie consenserunt. abrenuntiantes plenarie predio memorato. In cuius rei testimonium presentem paginam conscribi et sigillis nostro uidelicet et subscriptorum testium fecimus communiri. Testes: **Heinricus de Lichtenstein**. Otto Tvrso de Ravhenek. Wlfingus de Tribanswinchel. Perhtoldus et Otto fratres de Arnstein. Levpoldus de Snephenstein Reimbertus Cerer. Heinrich Span. Actum anno Dni M^o. CC^o. LIII^o.

L. S.

L. S.

L. S.

Sigillum . . . onis Tv . . . n . . . S.W. fingi Tribanswinchel Sig. Perhtoldi . a . ni de Arnstein

L. S.

L. S.

L. S.

Sigillum Vlrici Asini

Sigillum Hadmari Asini

S. Levp ph .

Heinrich I. von Lichtenstein als Zeuge (1254).*)

Notum sit omnibus christi fidelibus presens scriptum intuentibus. quod ego Vlricus de Gadem cum fratre meo Chunrado de patrimonio et hereditate que ad nos pertinet. coram amicis et hominibus nostris talem feci conuencionem et quandam diuisionem. Dedi namque et assignaui ei de iure fori in Pochvlisen partem meam. in Streytdorf tertium dimidium Mansum. et quartam partem Mansi quem habet Ganser. et agros qui vocantur Oberlent. et ibidem de Manso Engelberti partem meam. in prunssendorf de uno Manso partem meam. Villiacacionem quoque in Streytdorf taliter eidem dedi et assignaui. ut prouentus ipsius mihi cedere debeant me uiuente, et post obitum meum sine omni contradictione fratrum meorum, suorumque heredum ad ipsum libere debeant pertinere. Dedi etiam eidem homines meos. Hasenpalch et filios suos. Promisi quoque supradicta bona ei coram dominis a quibus in feodo hec habemus. libere resignare, tali condicione et pactione. quod ipse Chunradus ratum habuit et promisit ratum et gratum perpetuo se habere vendicionem et donacionem quam fecimus Sancte Cruci uidelicet de duobus mansis in Grvb et Silua. que vocatur Hocheke. que dedimus Sancte Cruci pro quindecim talentis et pro dampnis que eidem Ecclesie intulimus. ad XXX^a talenta estimata et de redditibus unius talenti. in Dreschirchen. quos in infirmitate mea pro dampnis et pro remedio anime mee. dedi Sancte Cruci. Promisit etiam dictus frater meus ut me et vxore mea uiuente in ceteris bonis meis me non debeat impedire, quin de iusta et plena diuisione cum ipso, et de ordinando testamento pro anima mea plenam habeam potestatem, ita ut post

*) Original im Heil.-Kreuzer Arch.